

PROOEMIUM

ET ENCOMIUM

SACRÆ SCRIPTURÆ.

SECTIO PRIMA.

De ejus origine, dignitate, objecto, necessitate, fructu, amplitudine, difficultate, exemplis, methodo et dispositionibus.

Celebris ille Ægyptiorum Theologus, Mosi pene æquævus, Mercurius, Gentilium opinione Trimegistus, diu, qua ratione aptissime universum hoc describeret, secum ipse versans, huc demum erupit: « Universum, inquit, est liber divinitatis, sæculumque hoc sublustre est speculum divinorum, » nimirum hocce libro suam ipse theologiam, diutina sane commentatione didicerat. « Cœli enim enarrant gloriam Dei, et opera manuum ejus annuntiat firmamentum, » et: « A magnitudine speciei et creature, videri potest creator eorum, sempiterna quoque et invisibilis ejus virtus atque divinitas; » ut in magnis hæc cœlorum tabulis, in paginis elementorum ac voluminibus temporum, perspicaci oculo divinæ institutionis doctrinam propalam quasi legere liceat: ita sane ex ipsis mundi primordiis et ex nihilo illius molimine, omnipotentem auctoris ejus vim et energiam; ex multiplici adeo creatarum rerum discordi et variegata concordia, beneficam ejusdem abyssum; ex amplo illo creatorum omnium spirituum, corporum, motuum, temporumque complexu, æternitatem immensitatemque conditoris metimur, et quadam tenus pervidemus. Ita ex pondere eorumdem, numero et mensura sapientissimam magni hujus architecti *πρόνοαν*, numerosamque et mire concinnam in eo cujuslibet naturæ harmoniam ideamque mirari et suspicere licet, quæ et primitus quamlibet universi hujus partem, fixis et immotis plane modis, et secum et compari cuivis alteri parti amicissime devinverit, et amicum hocce vinculum, ut stabili fide concordēs variant vices, jugi suo influxu indivulse servet et tueatur. Hoc ipsa de se publica voce deprædicans æterna Sapientia, *Prov. viii, 22*: « Quando præparabat, inquit, cœlos, aderam; quando certa lege et gyro vallabat abyssos; quando æthera firmabat sursum, et librabat fontes aquarum; quando circumdabat mari terminum suum, et legem ponebat aquis, ne transirent fines suos; quando appendebat fundamenta

terræ, cum eo eram cuncta componens, » quasi certas sui notas in hac compositione se inscripsisse significans.

Verum enim vero, quamvis pulcher hie microcosmus archetypum, unde ab auctore suo expressus est, puta nomen sacrum, increatamq; spheram altissime divinitatis reserat, oculisque subiciat: multis tamen partibus imperfectus est hie liber, et sciatia duntaxat elementa suppeditat, vestigia, inquam, potius, quibus quasi ex ungue leonem agnoscas, quam claram absolutamque scriptoris sui descriptionem. Accedit, quod naturæ solius exaratus caractere, nihil eorum dicitur quæ naturæ terminos transcendunt, quibus ad cœlum sanctæ Trinitatis, bonumque nostrum perenne, quod vita et morte, votis omnibus sequimur, provehamur.

Visum ergo divinæ et interminæ bonitati, scribere scilicet sapientissimo, velociter et mira dignatione scribenti, alium adhibere calamus, alias nobis subicere tabulas, alios longe depingere sui characteres: qui non mutam aliquam speciem, sed distinctas oculis voces, auribus sonos, mentibus sensa, vivasque divinorum imagines inseherent, quibus et semetipsam, celestesque mentes, creataque omnia, et quidquid ad bene beatæque vivendum nos manducit, tam luolenter, quam benevole et sapienter describeret. Quod demiratus legem Dei Israeli dictaturus Moses noster, *Deut. iv, 7*: « En populus, exclamat, sapiens et intelligens, gens magna; nec est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantés sibi: quæ est enim alia gens sic incluta, at habeat caeremonias, iustaque judicia, et universam legem, quam ego proponam hodie ante oculos vestros? » Equidem quam mirabile est libros sacros divinæ Scripturæ, ipsissimas, inquam, a Deo ad nos scriptas litteras, et indubitatos divina voluntatis testes, semper ad manum habere, læcitate identidem, volvere et revolvere? quam suave, quam piæ, quam salutare, domesticum dari quod consulas oraculum, quo non Apollinem ex tripodè, sed Deum ipsum clarius multo et certius, quam e veteri arca et Cherubim proloquentem, audias? Hoc cogitabat S. Carolus Borromæus, dum sanctam Scripturam, quasi Dei oracula, non nisi nudè

capite, et flexo poplite venerandus lectitare sole-
ret.

4. Biblia
juxta Eze-
chias-
tiam in
templis
olim po-
situr.

Ea propter erant olim in templis duo secreta-
ria, a dextro sinistroque latere absidis posita : in
quorum altero sacra Eucharistia asservabatur, in
altero divine Scripture codices sacri. Unde S. Pau-
linus (uti ipse testatur *epist. 12 ad Severum*) in
templo Nolano a se erecto, hos versus ad dex-
tram inscribi jussit :

Hic locus est, veneranda pennis qua conditor, et qua
Ponitur alma sacri pompa ministerii ;

a sinistra vero hosce :

Si quem sancta tenet meditando in lege voluntas
Hic poterit residens sacris intendere libris.

Ita etiamnum Judei in suis synagogis legem
Mosis, quasi oraculum, magnifice in tabernaculo,
perinde ac nos S. Eucharistiam, condunt, et pu-
blice proponunt; cavent ne illotis manibus Biblia
contrectent; osculantur ea quoties aperiant et
claudunt; non sedent in eo scamno in quo sunt
Biblia; quod si in terram ceciderint, integrum
diem jejunant, quo magis mirere negligentis
hæc a Christianis nonnullis accipi et pertractari.
S. Gregorius, *lib. IV, epist. 84*, Theodorum, medi-
cum licet, reprehendit, quod negligenter sacram
Scripturam lectitaret : a Imperator, inquit, cæli,
Dominus angelorum et hominum, pro vita tua
tibi epistolas suas transmisit, et tu illas ardentem
legere negligis! quid est enim S. Scriptura nisi
quædam epistola omnipotentis Dei ad suam crea-
turam? » Quapropter paulo uberius disseram de
S. Litterarum, primo, præstantia, necessitate et
fructu; secundo, materia et amplitudine; tertio,
difficultate; quarto, afferam Patrum hæc de re ju-
dicia et exempla; quinto, qua animi tum compa-
ratione, tum contentione hoc studium suscipiend-
um sit, ostendam.

5. Cap. I.
De sacra
Scriptura
distingui-
tate, ne-
cessitate
et fructu.

I. Philosophi docent principia demonstratio-
num et scientiarum prenosse oportere illis ipsis
scientiis et demonstrationibus. Est enim scientiis
suus, uti cæteris rebus omnibus, ordo; omnis-
que veritas vel prima est, et cuius obvia, vel a
prima certis quibusdam ductibus dimanat, quos
si intercipias, veluti incisis fontis canalibus, ri-
vulos veritatis omnes inde nascentes succideris.
Porro Theologie omnis initia complectitur sacra
Scriptura. Theologia enim non aliud est quam
conclusionum scientia, que ex principis fide cer-
tis ducuntur, ideoque scientiarum omnium au-
gustissima est, æque ac certissima: principia vero
fidei fidemque ipsam S. Scriptura comprehendit:
unde evidenter sequitur Scripturam sacram Theo-
logia principia jacere, quibus Theologus suas de-
monstrationis mentis ratiocinio, eum matre factus
novos signat atque proliciat. Quare qui Scholas-
ticam a S. Scriptura seria commentatione devel-
lere se posse putat, prolem sine matre, domum
sine fundamentis et ad instar terre pensilem,

8. Scrip-
tura dat
principia
Theolo-

arguendus sine scaturigine, segetem sine se-
mine, conclusionem sine principis, ut desultoria,
ita delusoria levitate frustra sperat et ex-
spectat.

Vidit hoc divinus ille Dionysius, quom et Theo-
logorum verticem, et *πρωτοῦ τῶν ἐπιστῶν*, volentem
cæli omnis antiquitas suscepit, qui passim de Deo
deque rebus cælestibus disputans, S. Scripturam
uti principio et face prelustri se subnixum
incedere profitetur. Instar sit omnium quod *De
Divin. Nom.* in ipso operis limine cap. 1, ita fere
prefatur: « Nulla, inquit, ratione præsumendum
est, aliquid de supersubstantiali secretissimaque
deitate aut dicere, aut cogitare, præter illa que
nobis sacra eloquia tradiderunt: nam suprema di-
vinaque scientia ignorationis illius (divini puta ar-
cani) ipsi adscribenda, tantumque fas ad celsiora
contendere, quantum seipsam divinarum eloquio-
rum radius insinuare dignatur, cætera vero ut
ineffabilia casto honoranda silentio: velut quod
primordialis et fontana deitas sit Pater, Filius
vero et Spiritus Sanctus fecundæ deitatis, si fas
est dicere, germina sint plantata divinitus, et ve-
luti flores ac supersubstantialia lumina, a Scrip-
turis sacris acceptimus. Est enim mens illa omni-
bus inaccessa substantialis, sed ab ea quantum illi
placeat, porrecta manu, sacris Litteris subvehimur
ad supremos illos fulgores hauriendos, atque ab
his ad divinos hymnos dirigimur, et ad sacras lau-
dationes effluimur. » Rursusque libro *De Mys-
tica Theologia*, spiritalæ et mysticæ Theolo-
giam, que ad ipsum supersubstantialæ occultum
et Dei caliginem, sine symbolis, creata omnia ne-
gatione transcendendo pervadit, arctam esse docet,
itaque stringi, ut tandem obtutescat: sym-
bolicam vero, que, Deo in Scriptura ad verba
nostra descendente, sensibiles ejus nobis figuras
objicit, ad congruam latitudinem extendi, eaque
causa dicere solitum S. Bartholomæum, Theolo-
giam et plurimam esse et minimam, Evangelium-
que et latum et magnum, rursusque concisum: mysticæ
scilicet, et ascendendo, parvum atque
concisum; symbolice vero, et descendendo, mag-
num esse et amplum.

Equidem si symbolica destitueremur, si in sa-
cris codicibus nullas sui suorumque imagines de-
disset Deus, oppido quam infans, quam muta fo-
ret omnis nostra Theologia! Si de SS. Triade unius
ejusdemque monadis et essentie tacuisset Scrip-
tura, annon altum et perenne apud Scholasticos,
in materia adeo vasta, de relationibus, origine,
generatione, spiratione, notionibus, personis,
Verbo, imagine, amore, dono, potentia, et actu
notionali, cæterisque omnibus foret silentium?
Si beatitudinem nostram in Dei visione non po-
nerent divina eloquia, quis Theologorum eum
non dico sperare, sed vel eminus odorari potuis-
set? Si fidem, spem, religionem, martyrium, vir-
ginitatem, et cæteram omnem, naturales trans-
cendentium divinarumque virtutum catenam ce-

gita Scho-
lastica.

Et dicit
S. Iu-
nyanus.

Mystica
Theolo-
gia et
symboli-
ca.

S. Bar-
tholomæus ait
Evangelium esse
latum et
magnum et
concisum.

Iassent sacri vates, et novi instrumenti scripto-
res, quis eas ingenio, quis votis et voluntate se-
queretur? Nimirum, latuerunt hæc prisca sapie-
ntia, quamvis prodigiosa, et ad miraculum
pene sublimi intelligendi vi præditos; ignoravit
æque Platonis academia, hic silet omnis Pythagoræ
schola, hic perierunt Socrates, Pimander, Ana-
xagoras, Thales, Aristoteles. Taceo que de vir-
tutibus nature cognatis, de lege deque officiis
hominæ, qua ratione pollet, dignis, deque eis ad-
versis vitis, et universa morali Philosophia divi-
na Litteræ charius certiusque quavis Ethica præ-
tractant, ut in eas solas illa Tullii Philosophiæ,
sive Ethicæ elogia aptissime conveniant, et sint
dicanturque optimo jure « lux vite, magistra mo-
rum, animi medicina, bene vivendi norma, jus-
titie alitrix, religionis fax. »

Ethicæ
sive
Ethicæ

Didicit
hoc, expertus
est magno suo bono
S. Justinus Philosophus et Martyr, qui, ut ipse
testis est initio dialogi contra Tryphonem, Philo-
sophiæ veræque illius sapientiæ que ad Deum
ducit, avidus, mirabili circulo sectas quasque
Philosophorum illustriores, velut Odysseam er-
rorum pervagatus frustra, in Christiana demum
S. Litterarum Ethica, tanquam sola solida con-
quievit. Ac primum Stoico cuidam discipulum se
addixit, a quo cum nil de Deo audiret, Peripate-
ticum delegit magistrum, quem mercede sapien-
tiam nudicantem despicens, in Pythagoricum
est devolutus; sed quod neque Astrologus, ne-
que Geometer foret (quas ille artes, uti ad he-
tam vitam præambulas, exigebat), ab hoc in
Platonicum delapsus est, subventanea et inani
ab omnibus sapientiæ spe delusus, et constan-
tissime sequeretur, ubere adeo fructu, ut ipsa
nobis Justinum et Christianum, et Philosophum,
et Martyrem pepererit. Idem illud divini hujus
Philosophi consilium omnibus nobis ad scholaris
operæ pretium, si verum Dei pietatisque sen-
sum, si mores Christianos, si sanctæ vitæ spi-
ritum sugere atque imbibere percipimus.

8. Scrip-
turam
non aliam
sed sibi
ipsa legit
quæque.

Fallax enim est ista, que multorum perstrin-
git mentis aciem, opinio, sacras Litteras non
sibi, sed aliis duntaxat ediscendas esse, ut doc-
torem scilicet, ut ecclesiasten agas; videlicet ut
quod aliis bonum appetas, eo teipsum fraudes,
et ut mercenarius thesaurum tam nobilem, non
tibi, sed aliis eruderes, aut effodias. Non ita cen-
sent illa ipsa divina eloquia : « Habemus, in-

quit B. Petrus, *Epistola I*, cap. 1, vers. 49, fir-
miorem propheticum sermonem, cui bene facilis
attendentes quasi lucerna, lucenti in caliginoso
loco, donec dies elucescat, et lucifer oriatur in
cordibus vestris. » Hæc ergo fateri te primum de-
cet intendere, hanc sequi, ut qui in tuo corde
inde exortus fuerit lucifer, aliis deinde præfol-
geat.

Regius vero Psaltes beatum vocat, non qui in
alios Dei eloquia profundit, sed qui in lege ejus
meditatur die ac nocte; hunc profunde esse ut lig-
num plantatum secus decursus aquarum, quod
fructum suum dabit in tempore suo. Hoc utique
fine vel maxime, sacros codices nobis conscribi
voluit Deus, verbumque suum proposuit, ut lu-
cerna esset pedibus, daretque lumen semitis nos-
tris, ut inter hosce lucidissime voluptatis, et
plusquam Alcinoi hortus inambulantes, jucen-
dissimo cælestium fructuum pasceremur aspectu,
et gustu fruamur. Et sane ut in paradiso, inter
vernantes arborum florumque surculos, aut ru-
tilantes malorum facies, necesse est prætereuntem,
vel odore saltem et colore refici; utque qui in
sole, licet animi causa, deambulavit, calescere ta-
men, et rubedine imbuvi videmus: ita divinas
Litteras religiose assidue legentium, audientium,
discentium mentes, sensus, consilia, vota,
moresque veluti quodam divinitatis colore tingi,
sanctisque affectibus accendi necesse est.

Quis enim castam animi puritatem non induat,
quando eloquia Domini casta, et tanquam ar-
gumentum igne examinatum, tot efferentia lau-
dibus, tantisque suadentia præmiis, auscultat?
quod tam algidum cor, ut charitate non incales-
cat, quando ea æstantem Paulum audit, igneus
ubique amoris divini flammæ jactantem? cui
mens non assillat cælestium in Scripturis lectione
honorum, ut infima hæc bona spernet et fasti-
diat? quis hæc spe crelitum in humano corpore
vitam amulaxi, et hominem angelum vivere non
gestiat? quis pro fide et pietate masculum non
oblirnet pectus, ad quosvis etiam decumanos
malorum fluctus, pulchræque petat per vulnera
mortem, quando sacras hæc tubas adeo sua-
viter et nervose fortitudinem constantiamque oc-
cinentes arrectis auribus amicusque haurit atque
excipit? Ita nimirum Machabei, *1 Machab. xii, 9*,
solos habentes solatio libros sanctos, gloriantur
se invicem virtute, et hostibus omnibus impene-
trabiles persisterent. Et Apostolus ad dura queque
et aspera fideles obarmas, *Rom. xv, 4* : « Que-
cumque, inquit, scripta sunt, ad nostram doc-
trinam scripta sunt, ut per patientiam et con-
solationem Scripturarum, spem habeamus. » Equi-
dem nescio quem vitalem spiritum, occulto le-
gentibus influxu afflent divina verba, ut si ea ad
doctissimorum sanctissimorumque hominum,
quamvis ardentia scripta, confers, hæc inani-
ma, illa viventia, vitamque aspirantia sentiendo
censeas.

10

41. Potuit una Evangelii vox : « Si vis perfectus esse, vade, vende omnia que habes, et da pauperibus, » magnum illum Antonium, jam tum juvenem, nobilitate et opibus inelytum, tanto Evangelicæ paupertatis amore incendere, ut e vestigio bonis omnibus, quibus ita impense cæci mortales inhiant, sese exeret, et celestem in terris vitam monasticam professione completeretur. Ita S. Athanasius in ejus Vita. Potuit divina Scriptura Victorium, turgidum tum urbis Rhetorem, a Gentilitia superstitione et fastu, ad Christianam fidem humilitatemque inflectere. Potuit Paulina lectio hæreticum Augustinum, non tantum orthodoxis adjungere, sed et fœdissimo Veneris quotidiane barathro erutum, ad continentiam castitatemque, non dicam maritalem, sed religiosam, enclibem omnino et intactam impellendo provehere. Vide *Confess.* VIII, II; VII, XXI. Potuit una Evangelii lectio : « Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum; » hii qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur ! » Si meonem Stylilem illico convertere, eoque provehere, ut octoginta annos continuos in columna eodem pede consisteret, ut perditus et pernox orationi vacaret, pene sine cibo et somno viveret, ut portentum orbis, neque tam homo, quam angelus in carnem lapsus esse videretur. Cur ergo, inquires, nos qui toties S. Scripturam legimus, hos restus, has vite mutationes non persequimur? quia eas obiter et oscitanter legimus, ut merito usurpare possimus illud sancti Marciani apud Theodorum in *Philotheo*, qui rogatus ab Episcopis dicere verbum salutis, ait : Deus quotidie loquitur nobis per suas creaturas, et per sacram Scripturam, et tamen ex his parvam utilitatem capimus : qui ergo ego loquens vobis prodero, qui cum aliis amito hanc utilitatem?

Vidit olim inter omnes vates maxime areanus Ezechiel fluvium magnum egredientem subter limen domus Domini, quem pertransire non potuit, « quoniam intumuerant aquæ profundis torrentis, inquit, qui non potest transvadari : cumque me converterissem, ecce in ripa torrentis ex utraque parte ligna multa nimis ; » et at quemam hæc? omnes utique Sancti, tam prisce quam novi, tam legis quam Evangelii, qui ad Evangelistarum, Apostolorum et Prophetarum duenta considerantes, quasi arbores pulcherrime semper veniant, et amena suavique fructuum omnium copia luxuriant. Idem enim fluvius utramque fovet atque ripam, idem, inquam, Spiritus Sanctus Scripturæ auctor, unam et eodem tendentem, per diversa licet sæcula, Scripturam confexuit, tamque novo, quam veteri instrumento, vitalem ea piis omnibus succum instillavit, siquidem eum haurire velimus.

12. II. Jam vero, ut ab altiori principio hæc repetam, videamus quale et quantum sit S. Scripturæ argumentum, quæ materia. Vis verbo di-

cam, S. Scriptura objectum habet omne scibile, disciplinas omnes, et quidquid sciri potest, suo sinu complectitur : ideoque universas quedam esse scientiarum, scientias omnes vel formaliter, vel eminenter continens. Origenes commentans in cap. I S. *Jovanis* : Divina, ait, Scriptura mundus est intelligibilis, suis quatuor partibus, veluti quatuor elementis constitutus, cujus terra est velut in medio instar centri, scilicet historia ; circa quam aquarum similitudine abyssus circumfunditur moralis intelligentiæ ; circa historiam et ethicam, veluti duas mundi hujus partes, aer ille naturalis scientiæ circumvolvitur ; extra autem omnia et ultra, æthereus ille et igneus ardor empyrei cœli, id est superna contemplatio diviniæ naturæ, quam Theologiam nominant, circumglobatur : hæc Origenes. Ex quo rursum, sicuti sensum historicum terræ, et tropologicum aque : ita recte allegoricum aeri, anagogicum igni et ætherei adaptes.

13. Verum ego amplius contendo, S. Scripturam sensu, non tantum mystico, sed solo etiam litterali, qui primas tenet, quemque præ omnibus consecrari oportet, omnem scientiam, scibile omne complecti.

Hoc ut demonstrarem, statuo triplicem rerum ordinem, ad quem Philosophi et Theologi res universas referunt : *primus* est nature, sive rerum naturalium ; *secundus*, supernaturalium et gratiæ ; *tertius*, divine essentie cum suis attributis, tum essentialibus, tum notionalibus. Primam naturæ ordinem pervestigat Physica, et alie naturalis philosophiæ disciplinæ ; secundum et tertium, in hac vita doctrina revelata, quæ ad fidem et Theologiam pertinet : in altera, visio divinitatis, quæ Sanctos et Angelos beat. Jam S. Scripturam primum etiam rerum naturalium ordinem pertractare docet D. Thomas statim ipso in limine Summe Theologica : prime enim questionis art. 1, quo querit utrum, præter philosophicas disciplinas, alia doctrina sit necessaria, respondet duplici conclusione. *Prior* est : « Necessaria est ad humanam salutem doctrina quedam a Deo revelata præter philosophicas disciplinas, » scilicet ad ea cognoscenda, quæ hominis intellectum et naturæ vires excedunt ; *secunda* : « Eadem doctrina revelata necessaria est etiam in his quæ luminis naturali per philosophiam investigari possunt. » Rationem addit : quia hæc veritas per philosophiam a paucis per longum tempus, et cum admixtione multorum errorum acquiritur : revelata ergo opus est, que philosophiam dirigat, corrigat, et facile certeque ad omnes transmittat.

14. Illustri exemplo sunt philosophorum principes Plato et Aristoteles, qui insigni ingenio multa quidem assecuti sunt, sed multa etiam tam ambigue, tam obscure, ut commentantium Græcorum, Latinorum, Arabum multis sæculis, in iis explicandis desudarit industria. Taceo errores, et

Script. abjecto, et ampliatum. S. Script. est universitas scientiarum. Est mandata intelligibile.

Triplex rerum ordo.

quidem crassissimos : verbi gratia, quod Plato doceat Deum esse corporeum ; Deum esse animam mundi, quæ magno ejus se corpore miscet ; deos quosdam esse juitiores et minores ; animas corpori præexistisse, et in corpore quasi in carcere prioris vite scelera luere ; scientiam nostram tantum esse reminiscentiã ; in Republica uxores debere esse communes ; mendacio subinde utendum esse quasi elleboro ; hominum, animalium, sæculorum rerumque omnium fore revolutionem, ut post decem annorum millia idem hic omnes studentes, docentes, audientes seadeamus : sic animarum regressum, et palingenesiam fore, scilicet :

Uhi mille rotam vivere per annos, Rursus ut incipiunt in corpora velle reverti.

15. Pythagoras et Euphorbus de transmigratione animas. Quin etiam, uti ex eodem fonte censuit Pythagoras, a corpore in corpus, jam hominis, jam pediculus demigrant ; unde ipse de se aiebat : *Ipse ego, me memini* (quis non credat? *ait*; *lex*, speculatio admitti risum teneatis) :

Ipse ego, me memini, Trojani tempore belli, Panolides Euphorbus eram, cui pedicore quondam Basili in verbero gravis hasta minoris Atidæ.

16. Nonne hic adversum est scitum illud Hebræorum adagium : *לא אמן לא אמן קרא ריק קרא אסר ריק* cor *lenore lo omen labore*, hoc est, qui facile et temere credit doctori, discredet Creatori.

Aristoteles vero (in cujus ingenio natura ostendit extremum potentie suæ, ait Averrhoes) primum motorem Orienti affigit ; asserit eum moveri fato, et naturali necessitate ; mundum hunc esse ab æterno ; futurorum contingentium non esse determinatam veritatem ; Deum ea determinatæ non scire ; animæ vero immortalitatem, Dei circa homines et res sublunares providentiam, futuras penas et præmia, vel negat, vel ita obscurat, ut sepiã suis spiris involuta agnoscere explicarique non possit, et a multis ob affectatam obscuritatem, ingeniorum carnifex dictus sit et habitus. Has luminis naturalis tenebras pervidentes Democritus et Empedocles, simpliciter confessi sunt, nihil vere a nobis sciri. Socrates aiebat se tantum id scire, quod nihil sciret ; Arcesilas, ne id quidem sciri posse ; Anaxagoras eum suis censuit scientiam omnem nostram esse meram opinionem, tantum ita nobis videri : imo non certo sciri, an nix sit alba, sed ita nobis videri : posse enim sensus omnium decipi, sicut depicitur visus omnium certissimus, cum collum columbæ ob refractos luminis radios, coloribus cœlestibus variegatum videt, cum vere nulli tales in columba existant.

17. In hæc ergo nostre caligantis aciei nocte, pelago et abyso, doctrina revelata lucerna, quasi pharo est opus, « Lucerna pedibus meis, ait regius Psaltes, *Psalm.* cxviii, 103, verbum tuum, et lumen semitis meis : narraverunt mihi iniqui

fabulationes, sed non ut lex tua. » Sapientia hæc vera et solida « non est, ait Baruch iii, 22, audita in Chanaan, nec visa in Theman ; filii quoque Agar, qui exquirunt prudentiam quæ de terra est, negotiatores Meribæ et Theman, et fabulatores, et expeditores prudentiæ et intelligentiæ, viam sapientis nesciunt, neque commemorati sunt semitas ejus ; sed qui scit universa novit eam, qui preparavit terram in æterno tempore, qui emittit lumen et vadit, hic est Deus noster, hic advenit omnem viam disciplinæ, et tradidit illam Jacob puero suo, et Israel dilecto suo, post hæc : » ut scilicet hæc scientiam perdoceat, « in terris visus est, et cum hominibus conversatus. »

Queres ergo quo loco Physica, Ethica, Metaphysica in sacris Litteris doceantur? Dico Physicam, etiam primævam, et a suo origine tradi in *Genesi*, in *Ecclesiaste*, in *Job*; Ethicam, per brevissimas gnomas et sententias in *Proverbiis*, *Sapientia*, *Ecclesiastico*; Metaphysicam, maxime in *Job* et in *Psalms*, quibus per hymnos Dei potentia, sapientia, immensitas, ad hæc ejus opera, angeli scilicet aliaque omnia celebrantur. Historiam et Chronologiam ab ipso mundi exordio ad Christi pene tempora, aliunde non certiore, non jucundiore, non magis variã, quam ex *Genesi*, *Enoch*, libris *Josue*, *Judicum*, *Regum*, *Esdræ*, *Marthabæ* petas. Quam sacra Scriptura sophisticen damnet, quamque solida argumentatione et logica utatur, docet S. Augustinus, lib. II *De Doctrina Christiana*, cap. xxxi. De Mathesi e numeris petita, idem docet lib. III *De Doctrina Christiana*, cap. xxxv. Geometria patet in fabrica tabernaculi et templi, tum Salomonis, tum illius tam mire dimensi apud Ezechielem. Merito proinde dixit S. Augustinus extremo lib. II *De Doctrina Christiana* : « Quantum, inquit, minor est auri, argenti vestisque copia, quam de *Ægypto* secum Hebræus populus abstulit, præ divitis quas postea Hierosolymæ, maxime sub Salomone, consecutus est : tanta est cuncta scientia, etiam utilis, collecta de libris Gentium, si divinarum Sripturarum scientiæ comparetur : nam quidquid homo extra didicerit, si noxium est, ibi damnatur ; et cum ibi quisque invenit omnia, quæ utiliter alibi didicit, multo abundantius ibi inveniet ea, que nusquam omnino alibi, sed in illarum tantummodo Sripturarum mirabili altitudine, et mirabili humilitate discuntur. » Ancillantur enim illi, quasi domiæ et regiæ, omnes liberales disciplinæ, omnes linguæ, omnes scientiæ atque artes, quæ certis singule terminis continentur. Sacra autem hæc scientia ambit omnia, complectitur universa, omniumque usum suo jure sibi assumit : ut proinde quasi omnium perfectissima, omnium finis et scopus, ultimo loco veniat ascendenda.

Sic ergo Sacræ Littere primum rerum, puta naturæ ordinem, maxime qua Deum Deique at-

17. S. Scriptura Ethica, Physica, Logica, Metaphysica.

Omnia scientia ancillarum Scriptorum.

15. Aristoteles erroris, vel delicta de la.

Aristoteles est s'pida. De oraci. u. Empedocles, Socratis Ignorantia.

16.

tributa, anime immortalitatem, libertatem, prenas, premia creataque omnia tangit, certius et solidius quam naturales scientiis persequuntur, easque sicuti aberent, in viam redeunt.

1. Quod ad secundum gratie, et tertium divinitatis ordinem, nemo non videt cum D. Thoma, hæc philosophis incognita fuisse (cum naturæ lumen transcendant), et sine Dei revelatione, sine Dei verbo sciri non posse. Viden' ergo, ut omnes rerum ordines sacra Scriptura ambiat, omnibus se insinuet, et quasi soli sapientie omnis veritatis radios a se diffundat.

S. Scriptura est sol sapientie.

Deus est antea mundi.

Deus est sphaera cuius centrum est ubique, circumferentia nusquam.

Aristoteles, vel quisquis est auctor, libro *De Mundo*, quaerens quid sit Deus: « hoc in mundo, inquit, est Deus, quod in navi gubernator, quod in curru auriga, in choro præcentor, in civitate lex, in exercitu imperator: » nisi quod in illis principibus laboriosus est, perturbatus et anxius; in Deo facillimus, liberrimus et ordinatissimus. Idem dixeris de sacra Scriptura, quæ aliis scientiis dux est, lex, princeps et moderatrix. Empedocles vero, rogatus quid esset Deus, respondit: Deus est sphaera incomprehensibilis, cujus centrum est ubique, circumferentia nusquam. Sic roganti quidnam sit sacra Scriptura, recte dicas: Sphaera est disciplina incomprehensibilis, cujus centrum est ubique, circumferentia nusquam: Dei enim Verbum est Scriptura sacra. Quare ut mentis nostræ verbum mentem ipsam, ejusque sensa omnia refert: ita S. Scriptura mentis divinae Verbum, in sese unicum, et divino intellectui et cognitioni quasi adæquatam (quo scilicet se, res omnes, naturales et supernaturales, Deus unum mentis cernit in ictu), exprimit permulta et varia, ut mentis nostræ angustias, quæ unicum illud vastissimum non capit, totum quidem, sed frustatim quasi pueris, per varias sententias, exempla, similitudines sensim ingerat. Atqui ex hoc deinde quasi mari, Scholastici rivos conclusionum Theologicarum educunt. Tolle a Scholastica S. Scripturam, non Theologiam, sed Philosophiam dabis; Philosophus eris, non Theologus: utramque invicem nexam junge, omne feres punctum et Theologi et Philosophi.

10.

Ita que prima parte de Dei essentia et attributis, de predestinatione, de Angelis, de homine, de opere sex dierum (quod totum ex *Genes. cap. 1.* petium esse liquet), tractantur a D. Thoma et Scholasticis, hausta et deducta sunt ex iis quæ sacrarum Litterarum revelatione didicimus. Quare S. Dionysius, digito ad fontes intento, celestem suam hierarchiam ita ædificat: « Ad sacras Scripturas intelligendas, prout illas a Patribus accepimus contuendas, pro viribus pergamus, et quis illi nobis vel per signa, vel per intelligentie creatoris arcana tradiderunt, celestem spirituum distinctiones et ordines, in quantum possumus spemulamus. » Si enim Angelos non pingerent nobis sacrae Litteræ, quis Apelles, quis centus, quod acumen eos vestigando delineasset?

Eadem est S. Clementis, beati Petri comitis et alumni, sententia, *Epist. 5.*

Quæ tertia parte de incarnatione quaeruntur, omnia e quatuor Evangelis, quæ vitam Christi enarrant, deprompta sunt, quæ de Sacramentis veteribus, ex Levitico; quæ de Sacramentis legis novæ, ex Novo Testamento sapissime petita sunt. Quæ in prima secunda de beatitudine, de actibus humanis, libertate, spontaneo, passionibus, peccato originali, veniali, mortali, de gratia, meritis, demeritis tractantur, unde, quæso, nisi Dei revelatione constant? Quæ in secunda secunda de fide, spe, charitate disputantur, adeo sacris Litteris nituntur, ut omnis earum intellectus ad ista tria referatur, ait S. Augustinus, lib. II *De Doctrina Christiana*, cap. xl. « Finis enim præcepti, ait Apostolus, est charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta. » « Fide non ficta, » en tibi fides sincera; « conscientia bona, » en spes: bona enim conscientia sperat, mala desperat; « charitas de corde puro, » en charitas. Quæ de justitia, fortitudine, prudentia, temperantia, et hæc annexis virtutibus docent Theologi, tum Moses in *Exodo* et *Deuteronomio* præceptis judicialibus, quibus jus cuique dicit; tum Salomon in *Proverbiis*, *Ecclesiaste*, *Sapientia*; tum Ecclesiasticus complectitur in *inde præcipit*; est dictus, quasi dicas, omnis virtus.

20.

Sacra enim Scriptura sic a Spiritu Sancto concinne contexta est, ut omnibus locis, temporibus, personis, difficultatibus, periculis, morbis, malis pellendis, bonis accersendis, erroribus jugulandis, dogmatibus statuendis, virtutibus inserendis, vitis propulsandis sese accomodet; ut merito S. Basilius eam officinæ instructissimæ comparet, quæ omnia, et omnis generis pharmaca quibusvis morbis suppeditat: ita nimirum, ut ex ea Ecclesia, dum tempora erant Martyrum, hauerit constantiam suam et fortitudinem; dum tempora Doctorum, sapientiæ lumina, lumina eloquentiæ; dum tempora hæreticorum, fidei firmamenta, errorum eversionem; in prosperis, ex ea didicerit humilitatem et modestiam; in adversis, magnanimitatem; in tepore, fervorem et diligentiam; denique, si quando tot labentibus annis, senio, maculis, nævis deformetur, ex hæc morum perdituram restitutionem, atque reditum ad pristinam dignitatem et statum sibi adsciscat. Ita S. Bernardus in illa Christi verba, *Si vis perfectus esse, vende, vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in celo*: « Hæc, ait, verba sunt quæ contemptum mundi in universo mundo, et voluntariam persuasere paupertatem; hæc sunt quæ monachis claustra replent, deserta anachoretis. » Ita S. Tridentina Synodus Ecclesiæ reformationem a S. Scriptura orditur, toloque primo decreto *De Reformatione* de una lectione S. Scripturæ ubivis locorum vel iustitiam faciem, vel revocanda, tam sollicitè quam fusa præcipit.

Scriptura est pharmacopœium.

21.

S. Scriptura est sol sapientie.

Quare quam utilis, imo necessaria sit hæc ipsa S. Litterarum disciplina illis, qui non sibi soli vivunt, sed vitæ quoque partem aliorum commodis impertiantur, maximeque iis, qui sacras tenent cathedras, me tacente res loquitur, communis quoque omnium Ecclesiarum consuetudo. Et vero non nupera hæc: qui veteres voluit, longe pleniorum in præcis illis sacrarum eloquiorum cognitionem perspiciet, et usque eo uberem, ut sæpe sermo eorum omnis, Scriptura non tam infertus, quam concinna quæpiam catena nexus videatur; neque mirabitur, si Origenes, Antonius, Vincentius, oracula, si templa, si arcas testamenti nuncupatos legerit.

Præclare S. Gregorius, XVIII *Moral.*, xiv, explicans illud Jobi, *Habet argentum venarum suarum principia*: « Argentum, inquit, est eloqui, vel sapientiæ claritas; vena, S. Scriptura, ac si aperte dicit: Qui ad veræ predicationis verba se preparat, necesse est ut causas origines a sacris paginis sumat; ut omne quod loquitur, ad divinæ auctoritatis fundamentum revocet, atque in eo ædificium locutionis suæ firmet. » Et S. Augustinus ad *Volusianum*: « Hic salubriter et prava corriguntur, et parva nutriuntur, et magna oblectantur ingenia; ille huic doctrinæ inimicus est animus, qui vel errando eam nescit esse saluberrimam, vel odit egrotando medicinam. »

22.

Merito ergo deplorandum est etiam hoc ævo nostro, quod sui sæculi hominibus vitio dat S. Hieronymus, in *Prolog. Galat.*, cum in cæteris omnibus artibus prius discere homines soleant quam docere, in sacris Litteris docere plerisque velle quod nunquam didicerint: « Sola, inquit, Scripturarum ars est, quæ sibi passim omnes vindicant, et cum aures populi sermone composito mulerint, quidquid dixerint, hoc legem Dei putant: nec scire dignantur, quid Propheta, quid Apostoli senserint, sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia, quasi grande sit, et non vitiosissimum docendi genus, depravare sententias, et ad voluntatem suam Scripturam trahere repugnantem. » Nimirum tenet insanabile multos docendi cacæthes, discendi paucos, isque parvus amor: quo fit, ut eam instar cæræ in omnem gyrent partem, in omnem mirabili metamorphosistrudent formam, eaque eorum divinorum sermonum aleatores, ut sors tulerit, ludant, vim ei sæpe afferant, et quod in Virgilio non ferret Poeta, in alieno sensu, contra sanctorum Patrum, Canonum, Conciliorum, Tridentini præsertim, gravissima decreta detorqueant. At unde hæc omnia? arbitror, ex ositantis et perulgata quadam ignavia: sinistras didicerunt literas, piget eos discere sedulo quod doceant, ipsaque pigritia noctem eorum mentibus offundit, ut S. Scripturam facilem, et cuius suapte ingenio perviam arbitrentur, putentque se scire quod nesciunt, et nescire se nesciant. Hæc mali omnis radix extirpanda, utpote quæ longissime serpente con-

tagio multos infecerit, et latissime se sparsent. III. Dispicimus ergo, quod tertio loco propositum fuit, quam faciles divini codices sint. Ac ut breviter quod sentio, quodque astruere nitor, præmittam, Scripturam sacram profanis omnibus, Græcis, Latinis, Hebræis, et quibusvis aliis, intellectu multo difficiliorem esse contendo. Id an ita se habeat, videamus. Scriptura sacra cæteris universis, omnium consensu, tum multis aliis, tum hoc antecellit, quod cætera unam duntaxat una phrasi, hæc quatuor ut minimum dicat sententias: neque enim solarum vocum, sed et rerum iis indicatarum habet significationem; quo fit, ut litteralis sensus, historiæ aut rei proxime verbis sacris expressæ intelligentiam exhibeat: hæc vero historiæ, aut res similis, aliud de Christo Domino portendat vaticinium, allegorico sensu; aliud moribus informandis idoneum, tropologico commendat; aliisque tertio se porrigens, per analogiam cælestia Sacramenta in animatæ speculanda proponat. Atque ex hisce vij unum sæpe genitum assequare: qui ergo tres cæteros tam facili temeritate promittit?

23. Cap. iij. De sacra Scriptura difficultate.

At, inquit, historicus præpòlet, hunc unum quero, satque eum e scholastica veritate conjicito et melior, de symbolice intelligitur est, et quem facile quis effingat, non anxie laboro. Sed vide, ne similis Neoptolemo isti Enniano, qui « philosophari se velle dicebat, sed paucis, nam omnino laud placere » nomine aut superficie tenus Theologum agas. Nam imprimis, quod ad mysticum, hunc præcipuum esse Scripturæ sensum, omne vetus Testamentum loquitur, quod proxime quidem illius temporis gesta, aut gerenda, potissime vero Christum ubique symbolice significat: simile de aliis iudicium.

24.

Ac quemadmodum Jonathas, I *Reg. cap. xx*, ut familiari rem hanc spectemus exemplo, signum fugæ Davidi latenter daturus, jacens sagittam ex condicto, puerumque eam collecturum ultra progressi jubens, non ex significabat: prius proxime, ut puer sagittam tolleret; alterum remotius, sed quod multo magis volebat, Davidi scilicet hæc voce admonito, fugam esse capessendam: ita prorsus hic sese res habet, estque historicus Scripturæ sensus prior, sed mysticus potior; et ex hoc, uti ex illo, valentissimum trahat Theologus dogmatis sui stabilienti argumentum, si quidem eum esse genitum constet, sicuti ex eo Christus Dominus et Apostoli sæpe efficacissima concludunt; sin non constet, sed ambiguum sit, germanusne is loci illius sit mysticus sensus, eoque mirum, si ex dubia præmissa dubia inferatur conclusio? Perinde enim ex historico qui litteræ inheret, si incertus is sit et dubius, nequam certi quæpiam efficeris.

Sensus litteralis et mystici comparatio.

Porro fictos esse spirituales sensus, et quemque suo commentu posse eos cuius adaptare orationi, veluti si quis Probat Falconium (quæ Latina fuit Sappho) Æneidem Virgilii, et Eudociam

Augustam Iliada Homeri ad Christum accommodantes, imitatus, Scripturam S. piæ suæ adinventioni attemperet, perniciosius est sentire, periculosius facere. Si enim mysticus verus est Scripturæ sensus, si eum vel maxime Spiritus Sanctus dicere voluit, qua ratione liberum cuique erit, eum ut volet exponere? qua fronte cerebri sui quis commentum, Spiritus Sancti mentem dicet, seque suaque ut Spiritus Sancti fanaticus venditabit? Viderunt hoc, cav. cunctique sedulo, qui e Patribus allegoriam maxime versarunt, qui eodem Spiritu pleni, non ad plausus suosve conceptus astruendos, ubi arridere videtur, tenere eam abstrudunt, aut inconcinne fronti oream, quod vulgo dicitur, tibie galeam applicant; sed rei ita eam devincunt, ut apte per omnia consensuat. Sicut enim in historico verba res gestas de-notant, ita in allegorico, res gestæ alias magis arcanas significant: ut, nisi allegoria respondeat historia, falsa prorsus sit et evanida. Ea causa S. Hieronymus, in *Osee* cap. x scribens, quod de rege Assyrio passim dicitur, juxta tropologiam ad Christum deducere (quod aliquando imprudens antea ipse fecerat) impium esse docet; et prologo in Abdiam, semetipse arguit, quod olim allegorice prophetam hunc explicasset, historiam ejus intelligentiam necdum assecutus.

Mysticos respondere debet literari.

11.

Ad historicum vero, ut is unus tibi sufficiat, quæ quantisque adjumentis est opus? quam is sepe reconditus? quam Hebræa phrasi Græcave, et novo, a cæterisque omnibus discrepanti dictionis genere abditus? quam sublimis altissime sæpe sese librat? Neque id mirum. Si enim sapientum verba sensa animi sapientis produunt, voxque respondet conceptioni mentis: ubi hæc œlestis et divina fuerit, quam necesse est elocutionem pariter œlestem esse et divinam? nemini autem dubium sacros libros sensa Spiritus Sancti, sapientiamque æterni Verbi sua dictione complexi: ut proinde non humi serpere, sed in altum erigere sese porteat, si divinis hisce eloquiis ad divina cogitata, primamque veritatem pervolare quis cupiat.

17.

Fateor equidem, Scholasticos Doctores per-mulla e Scripturis subtiliter acersere, eaque subinde discutere; sed suas ipsi sibi metas Theologicis questionibus definiunt, que affirmati ipsi materia et opera Theologo utilissima, et vero necessaria, suppeditant, ut aliud ex professo agere non liceat: perinde ut qui sacras elucidat Litteras, subinde Theologicas conclusiones sacris sententiis involutas, evolvit accuratius, sed, ne ultra crepidam, ad suos statim se recipit cancellos. Verum aliud est delibare quidpiam, aliud certo et continuo idipsum ordine pertexere; aliud sententiam quampiam excutere, aliud integrum volumen, omnesque ejus sententias diligenti et exacto antecedentium et consequentium examine, Hebræorum Græcorumque fontium investigatione, sanctorumque Patrum lectione, evolvere, illius

phrasim imbibere, et quasi domesticum in eo versari: quod qui negligit, dictis quibusdam hinc inde difficilioribus excerptis explicatisque contentus, nunquam ad sacra adyta, arcanum, inquam, sanctorum eloquiorum penetrabit; sed et facile a veritate et mente scriptoris aberrabit. Videre hoc est in nonnullis antiquioribus, non indoctis aliqui viris, qui in re Theologica adeo leviter quandoque arripito axiomate quopiam sacro abutuntur, ut hæreticis nostris eacinnum, Catholicis bilem moveant.

Præclare S. Gregorius proemio in *libros Regum*, lectorem monet, aliter se subinde historiam explicare, quam Patres fecerint: si enim, inquit, illi seriatim cuncta exponeret, que ex parte teligerant, eam seriem locutionis quam tenere visi sunt, observare nequaquam potuissent. Multa videlicet inseruntur, præeunt, consequuntur, que eum loco quem pertractas comparanda sunt, elocutionis sacræ modis aliis etiam in locis perscrutandis est, phrasid perscrutanda: que si expositioni non coherent, neutiquam ea genuina est loci sententia, neutiquam ea orationis potestas, vis et notio: ut ambigis sæpe utrius, ipsiusne rei an phrasid, obscuritas sit major.

Taceo variam, et quasi omni-genam materie amplitudinem: quid enim toto veteri novoque instrumento non pertractatur, aut tangitur? Exempli sit instar, ut Regum, Machabeorum, Esdræ, Danielis et aliorum Prophetarum volumina intelligas, quam varia historia Gentilis, quot monarchiæ, Assyriorum, Medorum, Persarum, Græcorum, Romanorum pernosceant? quot mores gentium, ritus fœderum, bellorum, sacrificiorum, connubiorum perquirendi? quot urbium situs, fluminum, montium, regionum ex universa antiquissima chorographia et cosmographia perlustrandi?

IV. Verum ne quis hic scrupulus supersit, age prima ab origine rem deducamus, videamusque quomodo omni semper ætate, difficultas juxta ac dignitas S. Scripturæ, et reverentiam sui accerit, et studium Sanctorum accenderit. Apud Hebræos pervulgata est traditio, cui e nostris astipulantur S. Hilarius, *Psal.* ii, et Origenes, hom. 5 in *Num.*, Mosen cum lege, eamque legis explicationem in monte Sina divinitus accepisse: cuique præceptum esse, ut legem scriberet, sed legis occultæ mysteria et sensa Josue, et hic sacerdotibus, hi-que consequenter vicariis suis succedentibus, magna silentii religione revelarent. Hinc Anatolius apud Eusebium, lib. VII *Hist.*, cap. xxvii, Septuaginta Interpretes Ptolemæo Philadelpho, Ægypti regi, peruncantati multa, ex Mosis traditionibus respondisse narrat. Et Esdras, vel quisquis auctor *Jb.* IV *Esdræ* (cui etsi non canonica, canonicis tamen adjuncto sua fides constat), cap. xiv, Mosei edictum refert: « Hæc in palam facies verba, et hæc abscondes. » Sibi pariter, Esdræ putat, cum Dei instinctu libros dictasset 204, simile jussum:

Cap. xv. De studio S. Scrip-turæ. Mysteriorum S. Scrip-turæ. 1700 1712.

« Priora, ait, que scripsisti in palam pone, et le-gant digni et indigni: novissimos autem septua-ginta conservabis, ut tradas eos sapientibus de populo tuo; in his enim est vena intellectus, et sapientiæ fons, et scientiæ flumen, et feci sic. »

Quare Moses identidem, in Deuteronomio præsertim, omne populi ambiguum et difficile circa legem judicium, ad sacerdotes referri voluit; nam, ut ait Malachias, n. 7: « Labia sacerdotis custodient scientiam, et legem (dubia utique legis de quibus est questio, ait S. Bernardus) requir-ent ex ore ejus. » Qua de causa et studium ejus sacerdotibus Dominus in *Levitico* indicens, eos cap. x hisce compellat: « Ut habeatis scientiam discernendi inter sanctum et profanum, inter pol-lutum et mundum, doceatisque filios Israel omnia legitima mea, que locutus est Dominus ad eos per manum Mosis. » Atque ut hujus curæ admo-neret pontificem vel maxime, in pectorali pontifi-calis sui doctrinam et veritatem, vel, ut he-bræice est, אורים אורים *vim vetumini*, illumina-tionem et integritatem, duo vitæ sacerdotalis decora, certis notata symbolis gestare, coramque semper intueri voluit. Sed ultra tendamus.

10.

Propheta regis, magna scriptorum sacrorum pars, divinum, inquam, illud Spiritus Sancti orga-num, eas in his ipsis sublimis et arcanas tenebras agnoscens, creberrime aliis aliisque ver-bis orat, Ps. cxvii: « Revela oculos meos, et con-siderabo mirabilia de lege tua, » ubi hebræice est, לה גלי עיני ראייה *ga gal enai veobbita*, devolve ab oculis meis (velamen caliginis scilicet), et clare intuebor mirabilia legis tuæ. « Si tantus propheta, inquit S. Hieronymus ad *Paulinum*, tenebras ignorantia confitetur, qua nos putas parvulos, et pene lac-tantes inscitia nocte circumdari? Hoc autem velamen non solum in facie Mosis, sed et in Evan-gelisticis et Apostolicis positum est; et nisi aperta fuerint universa que scripta sunt, ab eo qui habet elavem David, qui aperit et nemo claudit, claudit et nemo aperit, nullo alio reserante pandentur. »

Audit Jeremias cap. i: « Priusquam te forma-rem in utero, novi te, et antequam exires de vul-va, sanctificavi te, et prophetam in gentibus dedi-te; » et tamen exclamat: « A a a, Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum. »

Isaias, cap. vi, Seraphim ad se advolantem aspexit, calculoque ignito os vaticinatum ad-aperientem.

Ezechiel, cap. ii, intuitus speciem quadrifidi animalis, gloriæque Domini, pronus cadit in faci-em, ereclusque a spiritu silet, dum pariter os ei pandatur.

Daniel vii, 8, verbum Dei in corde censervat, sed cogitationibus conturbatur, et facies ei im-mutatur, stupeteque ad visionem, eo quod desit interpres; et nos eorumdem vaticiniorum, pa-rabolarum, enigmatum, et symbolorum facilio-rem ipsis eorum scriptoribus intelligentiam, aut

disertam magis ea effandi faciendam, quasi na-turalem, nobisque congenitam spondebimus?

11.

Multo aliter Ecclesiasticus sapientem pingens, indefessus ejus studium cum pia prece deponit: « Sapientiam omnium antiquorum exquirat sapi-ens, et in Prophetis (vel, ut Græcus habet fons, in prophetis) vacabit, narrationem (græce διήγωνα, enarrationem, explanationem) virorum nominalo-rum conservabit, et in versutias, *acumen*, parabola-rum simul introibit, occulta proverbiorum ex-quiret, et in absconditis yarabolarum conversa-bitur; aperiet os suum in oratione, et pro delictis suis deprecabitur. Si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentia replebit illum, et ipse tanquam imbres mittent eloquia sapientiæ suæ, ipse palam faciet disciplinam doctrinæ suæ, et in lege testamenti Domini gloriabitur. »

Veteres Judæorum Rabbini toti erant in sacris Litteris; indeque סופרים *sopherim*, שופרים et Scribæ sunt dicti; post Christum vero nemo ne-scit Hebræorum Rabbinos non aliud quam sacram Scripturam versare, cætera amosus esse. Scitum est illud Rabbini, qui a nepote scientiarum avido rogatus, num sibi liceret, aut suaderet, Græcis etiam auctoribus operam dare, ironice respondit, licere, modo id nec faceret, nec nocte: scriptum enim esse, in lege Domini meditandum esse die ac nocte.

12.

Ad novum pergamus novi fœderis instrumen-tum: S. Petrus cum epistolarum S. Pauli memi-nisset, subjungit, in iis quædam esse « difficilia intellectu, que indocti et instabiles depravant, sicut et cæteras Scripturas, ad suam ipsorum per-ditionem, » *epist.* II, cap. iii; et antè cap. i: « Omnis propheta Scriptura propria interpreta-tione non fit; non enim voluntate humana allata est aliquando propheta, sed Spiritu Sancto in-spirati locuti sunt sancti Dei homines. »

Ejus germanus officio et martyrii laurea, S. Pau-lus, non naturalis ingenii vires, sed ejusdem Spiritus gratiarum divisiones nuncupat, quod « alii per Spiritum detur sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ, alteri fides, alii gratia sanitatum, alii operatio virtutum, alii propheta, alii discre-tio spirituum, alii genera linguarum, alii denique interpretatio sermonum, » *1. Corinth.* xii, ideoque possis Deum in Ecclesia quosdam Apostolos, alios Prophetas, alios Doctores. Alibi vero, se ad pedes Gamalielis legem eductum gloriatum; alibi Pastores et Episcopos movet, ut se præsent oper-arios inconfusibiles, recte tractantes verbum ve-ritatis, ut possint exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt arguere; sed quid mora-mur?

13.

Audiamus Christum: « Scrutamini, inquit, Scripturas; quin vero doctem hanc, uti et thau-maturum, miraculorumque omnigenorum potestatem, Ecclesiæ suæ testamento consignavit Christus, quando in celum ascensusus valedicens Apostolis, aperuit illis sensum, ut intelligerent

Scripturas, ut et ipsi suos eas docerent discipulos, et ad posteros continua, et per manus accepta derivatione transmitterent. Sic eas sibi tradidit docent S. Dionysius apostoli Pauli, et Clemens S. Petri discipuli.

S. Marci schola Alexandrina.

Hoc consilio, hae ipsa ætate S. Marcus Alexandria Christianam hanc sacram Litterarum commentationem instituit. Videre licet apud Philonem Judæum oculatum testem, libro *De Vita contemplativa*, et Eusebium, lib. XIV *Hist. Essenorum*, quam assidue Esseni, primi, inquam, illi Christiani Alexandrini, ab aurora in noctem sacris voluminibus legendis, audiendis, rimandisque sublimioribus allegorie sensibus et Patrum suorum commentariis, omnem diem impenderent. Exinde jam Alexandriae scholæ facta sunt primordia: quæ deinceps succrevit, et mire sensim adolevit, ac sequenti sæculi Martyrum agmina, illustrem Doctorum Præsulumque chorum, atque orbis lumina dedit; et ut ab uno metiamur reliquos, videamusque quam avidè et indefesse divinum eloquiorum curriculum decurrerit, de Origene auctor est Eusebius, eum jam inde a puero illud inchoasse, solitumque patri in dies singulos sententias aliquot sacras et memoria, veluti diurnam pensum reddere et recitare, neque his contentum, altissimas etiam earum notiones et sensa pervestigare et interrogare cœpisse: at cum adultior factus, cathedraque donatus, perditus et pernox cepta prosecutus, hae una de causa Hebraeam linguam perdidit, et toto orbe conquisitas variorum Interpretum versiones collegit, et primus novo exemplo hexapla et octapla immenso labore elucubravit, scholisque illustravit.

Oriens a puero studium sacre Scripturæ.

Hos secuti sunt in Oriente pariter aureum Græcæ Doctorum par, Basilii et Gregorius Theologus, qui ad monasterii solitudinem, quietem otiumque confugientes, ipsos tredecim annos, remotis omnibus Græcorum secularium libris, soli divinæ Scripturæ operam dederunt, a divinaque volumina, ait Rufinus, lib. XI *Hist. ix*, non ex propria præsumptione, sed ex majorum scriptis et auctoritate, quos ipsos pariter ex Apostolica successione intelligendi regulam suscepisse constabat, commentando pervolvebant. Itane vixit, ea sapientia, ingenio et eloquentia præditis, tot annos in rudimentis sacre Scripturæ visum est ponere; nobis adeo faciles habeantur sacre Litteræ, ut tres quatuorve annos iis vacare debeat, aut, si plures oporteat, oleum et operam omnem perdidisse nos arbitremur? S. Basilii coævus fuit S. Ephrem Syrus, qui quam fuerit studiosus sacre Scripturæ, docent ejus lucubrations.

74. Basilii et Gregorius Theologus et Nazianzenus.

De scholis sacre Scripturæ Nisibi institutis tempore Justiniani imperatoris testis est Junilius Africanus Episcopus libro ad *Prinastum*. Easdem sub eodem Imperatore Romam inducere conatus est Agapetus Pontifex, uti narrat Cassiodorus in præ-

S. Ephrem.

fatione libr. *Divinar. lectionum*: « Nisus sum, inquit, cum beatissimo Agapeto urbis Romæ, ut, sicut apud Alexandria multo tempore fuisse traditur institutum, nunc etiam in Nisibi civitate Syrorum Hebræis sedulo fertur exponi, collatis expensis in urbe Romana præ, suos Doctores scholæ potius acciperent Christianam, unde anima susciperet æternam salutem, et casto atque purissimo eloquio fidelium lingua comaretur.

Inter Latinos porro primus jure censetur S. Hieronymus sui ævi phoenix, qui adeo totus hic excubavit, ut in hisce Litteris ad extremum cantem consenserit, atque ex Hebræo Latinam Bibliorum versionem consignari Ecclesie, quæ proinde eum in exponendis sacris Scripturis doctorem maximum indigitat. Celebre quoque est illud S. Hieronymi: « Discam in terris, quorum scientia nobiscum perseveret in cœlis; » et: « Sic stude, tanquam semper victurus; sic vive, tanquam semper moriturus. » Hæc de causa ipse Hebræas, uti Cato Græcæ litteras in senectute perdidit; hæc de causa Bethlehem et loca sancta adit; hæc de causa veteres omnes Græcos Latinosque commentatores, teste S. Augustino, legatorum, quorum plerosque ipse quoque secutus sit, omnium fere commentariorum suorum prologis præmittit; et graviter incusare solet eos qui, absque Dei gratia et doctrina majorum, scientiam sibi vindicant Scripturarum.

S. Hieronymus sui ævi phoenix.

Porro S. Augustinus illud ingenii acumen, quod prædicamenta Aristotelis se solo pervaserat, adeoque nihil volvere solebat, quin protinus illud assequeretur; mox a sua conversione, D. Ambrosii suasu, libro IX *Confess. v*, Isaiam prophetam in manus accipiens, illico profundo eloquiorum ejus absterritus, cum primam ejus lectionem non caperet, retulit pedem, distulitque eum, dum in dominico eloquio foret exercitator. Sed et nullo post ad *Volustianum* scribens, *Epist. 1*: « Tanta, ait, est christianarum profunditas litterarum, ut in eis quotidie proficerem, si eas solas ab ineunte ætate (nota verba) usque ad decrepitam senectutem, maximo otio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere. Præter fidem enim tam multa, tamque multiplicibus mysteriorum umbraculis opæa, intelligenda prædicantibus restant, tantaque non solum in verbis, verum etiam in rebus latet altitudo sapientie, ut annosissimis, acutissimis, flagrantissimis cupiditate discendi hoc contingat, quod eadem Scriptura quodam loco habet: Cum consummaverit homo, tunc incipiet. »

S. Augustinus.

Difficultatem augent idiotismi Hebræi et Græci, ubique sparsi, ad quos pernoscendos opus esse utriusque lingue cognitione, docet S. Augustinus, lib. II *De Doctrina Christiana*, cap. x. Dubius enim de causis non intelliguntur que scripta sunt, si aut ignotis, aut ambiguis signis verbisve obteguntur: utrumque non rarum est in quadrilingua versione, quæ ab uno idiomate in aliud

Cognitio lingue Hebrææ et Græcæ necessaria ad Scripturam, ait S. Augustinus.

quidpiam transfunditur. Porro « contra ignota signa, ait Augustinus, cap. xi et xii, magnum remedium est linguarum cognitio. » Sunt enim quedam verba, que in usum alterius lingue, per interpretationem transire non possunt; et ut doctissimus sit interpres, nec a sensu auctoris devius aberret, que sit ipsa sententia non apparet, nisi in ea lingua inspicatur, quam interpretatur. Inter alia hæc offert exemplum: « Spuria vitulamina non dabant radices altas, » *Sapient. iv. 3*; græcizat enim interpres, et quasi a *υβρις* *υβριστα*, id est a vitulo vitulamina, deducit; *υβριστα* autem sunt stolones, sive propagines, et novi surculi ex arbore præcisi, et in terra plantati. Sane quam Hebræis Græcisque idiotismis Latini abundent codices sacri, luce est clarior, ut non sine causa idem Augustinus, II *Retract. v. 34*, septem libellis, qui etiamnum extant, formulas phrasium sacre Scripturæ collegisse se memoret. Quod imitatus est postmodum Eucherius Lugdunensis lib. *De Formis spiritualibus*, et post eum hocce etiam sæculo complures alii.

38.

S. Augustino consentit S. Chrysostomus, quando in *Genesis* scribens, *hom. 21*, neque syllabam, neque apiculum esse in sacris Litteris, in cujus profundis non lateat grandis quispiam thesaurus, non dubitat asserere: ac proinde nobis opus esse divina gratia, et ut Spiritu Sancto collustrati, eloquia divina adeamus.

Amplius aude Gregorius Magnus et Pontifex et Doctor: tot enim tamque abditæ, in Ezechielem commentans, in sanctis voluminibus agnoscit mysteria, ut asseveret quedam mortalibus necdum reserata, solis cœlestibus patere spiritalibus. Mirabimur jam Gregorium, Augustinum, Ambrosium, Eusebium, Origenem, Hieronymum, Cyrillum, et universum sanctorum Patrum chorum, tam impense sacris libris noctes et dies insudasse? Mirabimur eos in hac disciplina principes et palmares consensisse, nec alium eos studiorum horum, quam vite finem fecisse? Mirabimur Hieronymum Gregorio Nazianzeno et Didymo, Ambrosium Basilio, Augustinum Ambrosio, Chrysostomum Eusebio, aliosque suis præceptoribus usos? Mirabimur, jam inde a nascente Ecclesia, scholas sacrarum Litterarum erectas? De Alexandria enim, tot Doctorum et Præsulum parente, in rebus latet altitudo sapientie, ut annosissimis, acutissimis, flagrantissimis cupiditate discendi hoc contingat, quod eadem Scriptura quodam loco habet: Cum consummaverit homo, tunc incipiet. »

Monasterium Studii.

Constantinopoli olim celebre fuit monasterium quod ab auctore, et a sacram Litterarum, ac vite perfectioris studio, Studii nomen accepit, cui præfuit S. Plato: post quem Theodorus Studita, sub anno Domini 800, tot ingenii sui et pietatis, et sacris Litteris reliquit monumenta, suos discipulos more veterum monachorum iis descri-

Theodorus Studita.

bendis occupans; quibus et absens et presens cum Iconoclastis Imperatoribus Constantino Copronymo, et Leone Isauro, forti agone et duello congressus, hæresin jugulavit, et palmata sanctæ fidei trophæa æternæ memoriæ consecravit.

Ex Anglia, aude Venerabilem Bedam in *Historia Anglicana*: « Ego, ait, septennis monasterium ingressus, ibi tota vita omnem mediandiam Scripturæ operam dedi, atque inter observantiam disciplinæ regularis et quotidianam cantandi in ecclesia onram, semper aut discere, aut docere, aut scribere dulces habui. » Hinc in omnes pene sacre Scripturæ libros, fideæ extant commentaria, adeoque nec morbo ipse destitit: quin vero ultima infirmitate in Evangelio S. Joannis laboravit, et pene animam agens, ut absolveret, accito scriba: « Accipe, ait, calammum, et festinanter scribe, » et tandem: « Bene, inquit, consummavimus est; » et cyanea canens: « Gloria Patri, et Filio, et Spiritu Sancto, » placidissime spiritum emisit pro fidei labore Dei visione beandum, anno a partu Virginis 731.

37. Venerabilis Beda tota vita studium sacre Scripturæ.

Venerabilis Bedæ æqualis fuit Albinus, vel Alcuinus Flaccus, qui Caroli Magni vel præceptor fuit, vel potius familiaris; hic Eboraci in Anglia sacras Litteras palam docebat; unde ad eum audendum ex Frisia S. Ludgerus Eboracum concessit, tantumque profecit, ut ad suos reversus, Frisorum apostoli nomen meruerit. Testes sunt Annales Frisigæ, et auctor *Vita S. Ludgeri*.

Alcuinus.

Apud Belgas, S. Bonifacius cum suis, Christi legem propagans, jugiter sancti Evangelii codicem secum deferrebat, adeo ut eum nec in martyrio dimiserit; quin vero cum anno Domini 753 in ejus caput Frisii ense vibrarent, ipse hunc codicem, quasi spiritualem clypeum objecit, et illustri miraculo, licet ense acuto per medium sectus sit liber, nulla tamen littera ea sectione abolita est.

38. Caroli Magni albinus S. Scipii.

Apud Francos Rex et Imperator Carolus Magnus, imo ter maximus, eruditione scilicet, pietate et laude bellica, sacram Litterarum scholas tum alibi, tum Parisiis (adeo vetus est hæc academia, quæ Coloniensis est mater, Lovaniensis avia) instituit. Quin et Carolus ipse, Eginhardus in ejus Vita, legendi et psallendi disciplinam diligentissime emendavit. Adeo vero sacris Litteris deditus fuit, ut eis immortalus sit. Auctor est Teganus in *Vita Ludovici*, Carolum sub obitum, coronato Aquisgrani Ludovico filio, totum se orationibus, elemosynis et sacris Litteris dedisse, scilicet quatuor Evangelia ad Græcæ et Syra egregie correxit agens pene animam: merito ergo Caroli codex religiose Aquisgrani, ut ipse videri, asservatur.

Quare quod in Concilio Lateranensi sub Innocentio III, de cathedra sacram Litterarum sanctum est, non nova, sed veterem innovans consuetudinem firmansque habenda est sanctio. Nimirum, simili tam sedula cura providit et Tri-

dentina Synodus, ne mos ille uspiam labasceret, ut, sess. V, fuse de lectione sacræ Scripturæ statuatur et sanciat, edicaturque, ut in omnibus Canoniorum cœlibus, Monachorum etiam et Regularium, omnibusque publicis gymnasiis eadem stabiliri, dotetur, promovatur: utque tam docentes, quam discentes Beneficiis Ecclesiasticis ornati, fructuum perceptione jure communi concessa, in absentia fruantur. Et sane, cum seculariorum hostium nostrorum omnis hic desudet industria, ut non asi Scripturas crepent, pudeat Christianum et orthodoxum Theologum, vel tantillum illis concedere, pudeat ab eis vinci ac superari: quin vero non tantum verba sacræ Scripturæ crepent, sed et sensum genuinum rimentur. Ita tela hæreticorum in ipsosmet retorquentur, et Scriptura hæreses omnes revincit et jugulabit. Fecit hoc solide et exacte illustrissimus Bellarminus fidei hyperaspistes et hæresum strator, in suis *Controversiis*: quod opus proinde impenetrabile est et incomparabile, nec a Christi temporibus hucusque simile in hoc genere vidit Ecclesia, ut merito veritatis Catholice murus et antemurale vocari possit.

V. Atque ex his omnibus facile est pervidere, quæ v. quam incensa, quamque constanti diligentia instructum, disciplina hæc discipulum postulet; qua rursus animi comparatione ad eam accedere, quibusve fulciri præsidis oporteat. Nimirum prima comparatio ut quis fructum ex hoc studio colligat, est crebra sacræ Scripturæ lectio, auditus creber, viva doctoris vox, et in hisce constantia: quia divinitus est in ore doctoris, in doctrina non errabit os ejus. Plutarchus, libro *De Educat. puer.* docet memoriam esse cellam penuriam disciplinarem. Plato in *Theæteto* asserit, memoriam esse matrem musarum, et sapientiam esse memoriæ et experientie filiam. Id cum alibi, tum maxime in sacra Scriptura, teste S. Augustino, lib. II *De Doctrina Christiana*, cap. ix, locum habet, quæ tanta rerum varietate, tot libris et sententiis constat. Ea propter Ecclesia, ut nostram hic memoriam juvet, nobis in quotidiano tum sacrificii Missæ, tum Horarum canonicarum officio, ita Bibliorum pensæ distribuit, ut quotannis totum persolvamus. Eodem juvant tum alia, tum plus ille Ecclesiasticorum et Religiosorum usus, ut in cœna et prandio ad mensam, caput nimirum unum e Bibliis prælegatur, et prisco Patrum more cibi sacris Litteris condantur. Sic Tridentina Synodus statim initio sessionis II præcipit, ut in Episcoporum mensis divinarum Scripturarum lectio admisceatur. Insuper nec omittit Theologi, quod doctissimorum legibus præscribitur, ut quotidiana lectione Scripturam sibi familiarem reddant.

Ita S. Augustinus, lib. II *De Doctrina Christiana*, cap. ix: « In his omnibus libris, inquit, timentes Deum, et pietate mansueti querant voluntatem Dei; cuius operis vel laboris prima observatio

est, ut diximus, nosse istos libros, et si nondum ad intellectum, legendo tamen vel mandare memorie, vel ullis incognitis non habere; » deinde solertius diligentiusque singulorum sensa perestigare. Et S. Basilius prologo in Isaiam: Requiritur, ait, assidua in Scriptura exercitatio, ut majestas atque arcanum divinarum verborum perpetua meditatione animo imprimatur.

Secundo, insignis eodem disposito est humilis animi modestia. Quæ S. Augustinus, epist. 96 ad *Dioscorum*: « Non aliam, ait, ad capessendam et obtinendam veritatem, et sacram sapientiam viam munias, quam quæ munita est ab eo, qui gressuum nostrorum, tanquam Deus, videt infirmitatem. Ea est autem prima humilitas, secunda humilitas, tertia humilitas; et quoties interrogares, hoc idem dicerem. Itaque sicuti Demosthenes in eloquentia pronuntiationis primas, secundas, tertias dedit: ita ego in Christi sapientia primas, secundas, tertias dabo humilitati, quam Dominus noster ut doceret, humiliatus est, » nascens, vivens, et moriens.

Idem, lib. II *De Doctrina Christiana*, cap. xli: « Idem, inquit, Scripturæ studiosus illud Apostolicum: *Scientia inflat, charitas edificat*, illudque Christi: *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde*, ut in humili charitate radicati et fundati, possimus comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ sit latitudo, longitudo, altitudo et profundum, id est, crucem Domini: quo signo crucis omnis actio Christiana describitur, bene operari in Christo, et ei perseveranter inherere ac sperare celestia. Per hæc actionem purgati, valebimus cognoscere etiam supereminenter scientiam charitatis Christi, quæ equalis est Patri, per quem facta sunt omnia, ut impleamur in omnem plenitudinem Dei; » ubi enim humilitas, ibi sapientia, ait Salomon *Proverb. xi*; et Christus ipse: « Confiteor tibi, Pater, Domine cœli et terræ; quia abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis: ita, Pater, quoniam sic placitum fuit ante te. »

Et sane, si te noris, abyssum ignorantie noris. Et quid, quæso, præ Dei, præ angeli sapientia, est hominis scientia, qui pauca a Deo didicit, infinita ignorat? Aristoteles, et ex eo Seneca, aiebat nullum magnum ingenium sine mixtura dementiæ extitisse, nec potest, inquit, grande aliquid, et supra cœteros loqui, nisi mota mens: atque ad hoc ebrietatem, sed raram laudat. En tibi mentem amantem, vel Aristotelis, vel insignis jusque ingenii, ut altissime philosophetur. Quare pulchre S. Bernardus serm. 37 in *Cantic.*: « Necessè est, inquit, ut cognitio Dei, et sui ipsius, præeat scientiam nostram; seminate vobis ad justitiam, et merite spem vite, et tum demum illuminabit vos lumen scientiæ; ad hoc ergo non recte proditur, nisi justitiæ germen præcedat ad animam, ex quo formetur granum vite, non palea gloriæ. » Et S. Gregorius præfat. in lib. *Moral.*

De dispositionibus ad rursus animi comparatione ad eam accedere, quibusve fulciri præsidis oporteat. Nimirum prima comparatio ut quis fructum ex hoc studio colligat, est crebra sacræ Scripturæ lectio.

Sapientia est illa memoriæ.

40. Scientia dispositio est modestia.

In S. Scriptura accensum anhelat, elegans nati.

42. Tertia dispositio est puritas animi.

Deus purus corde secreta revelat, ait, S. Antonius.

44.

Magna mentes habent aliquid amantia.

Vitis S. Nazianzenus castitatem et sapientiam quæ sororum.

43.

cap. xli: « Divinus, inquit, sermo sacræ Scripturæ est fluvius planus et altus, in quo et agnus ambulet, et elephas natet. »

Ex hæc humilitate sequitur animi mansuetudo, et pax, nullo sapienti e capacissima: nam sicuti aquæ, si nullo venti acrisve flabro agitentur, sed immote constant, limpidiſsimæ sunt, et quavis objectam sibi imaginem clarissime concipiunt, et intuenti, quasi speculum perfectissimum exhibent: ita mens turbini passionumque expers, tranquillo hoc pacis silentio, limpida acutum cernit, omnemque veritatem planissime concipit, acricque judicio imperturbata pervidet. S. Augustinus, *De Serm. Domini in monte*, in illud, *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabantur*: « Sapientia, ait, congruit pacificis, in quibus jam ordinata sunt omnia, nullusque motus adversus rationem rebellis est, sed cuncta obtemperant spiritui hominis, cum et ipse obtemperet Deo. »

Pacis comes est mentis puritas, quæ tertia est dispositio, huic disciplinæ aptissima. « Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt! » si Deum, quin ergo et Dei verba? E contrario, « in malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus enim Sanctus discipline effugiet fictum, et auferet se a cogitationibus quæ sunt sine intellectu, et corripuetur a superveniente iniquitate, » *Sap. i. A. Dixerat S. Augustinus in Soliloq.*: Deus qui solos mundos corde verum scire voluisti; retractat id *Retract. iv*. Multi enim, ait, immundi corde multa verè sciunt; sed tamen si mundi sint corde, amplius, clarius, facilius ea sciunt; nec nisi mundi corde, veram sapientiam, quæ ex sapida cognitione in affectum et praxin dimanat, quæ scientia Sanctorum est, assequuntur. S. Antonius apud Athanasium: Si quis, inquit, sciendi etiam futura tenetur desiderio, habeat purum cor; quia credo animam Deo servientem, si in ea perseverarit integritate, quæ renata est, plus scire posse, quam demones; unde ipsimet Antonio omnia, quæ scire volebat, a Deo mox revelabantur. Idem verbo et exemplo suo docuit magnus ille S. Joannes Anachoreta, apud Palladium in *Lusiacæ*, cap. xl.

S. Gregorius Nazianzenus, auctore Rufino, cum Athenis studii vacaret, vidit per soporem, sedenti sibi et legenti duas decoras, dextra lævæque feminas assedissee; quas ille castitatis instinctu, oculo torviorè respiciens, quænam essent, quidnam vellent percontabatur; at ille cum familiaris et ambitiosius complectentes aiunt: Ne molestè occipias, juvenis; nota tibi satis et familiares sumus: altera enim ex nobis sapientia, altera castitas dicitur; et misse sumus a Domino tecum habitare, quia jucundum nobis et mundum in tuo corde habitaculum preparasti. En tibi sorores gemellæ, castitas et sapientia.

Hæc puritas S. Thomam Angelicum Doctorem consecravit; innuit id ipse animam agens Regi-

naldo suo: « Morior, ait, consolatione plenus, quia quidquid a Domino petii, impetravi: *primam*, ut nulla rei carnalis, vel temporalis affectio, puritatem mentis inficeret, vel fortitudinem emolliret; *secundam*, ut a statu humilitatis ad prælaturas, ad infulas non assumerer; *tertium*, ut nossem statum fratris mei Reginaldi, tam dire cæsi vidi enim eum in gloria, dixitque mihi: Frater, res tuæ bono sunt loco: ad nos venies, sed major tibi paratur gloria. »

S. Bonaventura docet S. Franciscum idiotam licet, sed mentis purissimæ, a Cardinalibus aliisque subinde rogatum de altissimis S. Scripturæ et Theologiæ difficultatibus, ita apte et sublimiter respondisse, ut doctores Theologos longe superaret.

Quod enim in Vita S. Zenobii dicitur, verissimum est: « Maxime omnium vigent Sanctorum ingenia, et ipsa animi puritas ad conjectanda etiam futura, ex minimis indicis eventus colligit; » nam, ut recte ait Philo quanquam Judæus: « Legitimi Dei cultores mente pollent; verus enim Dei sacerdos, simul etiam vates est: ideo nihil ignorat; habet enim in se solum intelligibilem, » nimirum, ut recte ait Boetius, « splendor ille quo regitur vigetque cœlum, vitæ obscuras animæ ruinas, et mentem sequitur nitentem. »

Ita Cardinalis Hosius Concilii Tridentini præses, vir integerrimus, et insignis Lutheromastix, inter alia, cum Andreas Ducecius, Episcopus Tinniensis, legatum Cleri Hungarici in Concilio Tridentino agerem, aliter quo eloquentiam venerationi et admirationi esset, uni Hosio suspectus fuit: dicitur enim ei periculum apostasiæ a fide imminere, foreque hæreticum. Ita factum: fugit ille apostata ad Calvini castra. Rogatus Hosius, unde hoc prævidisset, respondit: Ex sola hominis superbia; sui enim judicii tenacem, præ sagiebat animus in hæc fossam ruiturum.

Quarto, oratione hio opus est, quasi cœlesti fistula et organo, quo ex Deo ipso verbi Dei sensum hauriamus. S. Augustinus scripsit librum de magistro, quo illud Christi verissimum esse docet: « Unus vester magister est Christus, » et *Itæ tract. iv*, retractat quod alibi dixerat, plures ad veritatem esse vias, cum una tantum sit, Christus sollicit, via, veritas, et vita. Prophetarum ergo scientia et prædictio divina fuit; et quia divina, hinc certissima, sublimissima, amplissima, providentissima.

Refert S. Gregorius, II *Dialog. xxxv*, B. Benedictum, quadam vespera ad fenestram orantem, vidisse lucem tantam, quæ diem vinceret, et tenebras omnes fugaret, et in hæc, ait, lucem omnis mundus velut sub uno solis radio collectus, ante oculos ejus adductus est; atque inter alia, in splendore hujus corasce lucis, vidit Germani Capuani Episcopi animam, in sphaera ignea ab angelis in cœlum ferri. Querit deinde Petrus, qui totus mundus ab eo oculis conspici poterit? Re-

Tris veta S. Theoma.

S. Franciscus Theologus a Deo illuminatus.

Vigent Sanctorum ingenia.

Hosii tractationum.

44. Quarta dispositio est puritas animi.

II Dk xxxv. S. Benedictus vidit totum mundum in uno solis radio.